Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



amon. Surge et uade. Que respondit ei. Maius
est hoc malum quod nunc agis aduersum me. quam quod
ante fecisti expellens me. Et noluit audire eam.
sed uocato puero qui ministrabat ei dixit. Cice
hanc a me foras. et claude ostium post eam.

Amon sororem expellit. dum populus iudaicus a se sci
entiam legis repellit. Rogat illa ne expellat.
quia lex populo iudaico blanditur. ut eam conseruando
se a morte tueatur. Non uult eam audire. dum
xpo qui finis legis est renuit obedire. Vocat am
mon puerum qui sibi ministrat. ut sororem eiciat. quia
populus iudaicus per puerile doctorum suorum insipien
tiam spiritale a se omnem excludit legis intelligen
tiam. Sequitur. Que induta erat talari tu
nica. Huiusmodi enim filie regis uirgines uestibus
utebantur. Eiecit itaque eam minister illius foras.
clausitque fores post eam. Que aspergens cinerem capi
ti suo. scissa thalari tunica. impositisque manibus
super caput suum. ibat ingrediens et clamans.

Tunica thalaris est humanitas redemptoris. quia
per obedientiam patris. uenit usque ad mortem crucis.
Virgines regis filie. sunt littere legis incorrupte. quae
huiusmodi uestibus utuntur. dum xpi sanguine ubique
infunduntur. In cuius rei typum. tunica ioseph ta
laris. sanguine hedi inficitur. quia scriptura legis.
sanguine xpi tota imbuitur. Soror exclusa.
claudit ianua. quia scientia legis repulsa. populo
iudaico eterne salutis obstruitur porta. Aspergit
thamar capiti suo cinerem. quia lex dei filio suam
describit humanitatem. Xpc enim finis est legis.
idem est et caput legis. Ego sum inquit alpha. et o.
principium et finis. Cinerem inquit psalmista. sicut pa
nem manducabam. et potum meum cum fletu misce
bam. Scissa talari tunica. Scissio talaris tuni
ce. est reuelatio passionis dominice. Thamar manus
imponit super caput suum. dum lex per litteram et al
legoriam. dei filio dat testimonium. Ingreditur et
clamat. dum in multitudinem gentium. passio
nem filii dei pronuntiat. Dixit autem ei absalon
frater suus. Num amon frater tuus concubuit tecum.

Sed nunc soror tace. frater tuus est. non affligas cor
tuum pro re hac. Absalon clamore sororis
turbatur. quia populus iudaicus per mundum predi
catione legis afficitur. Rogat eam ut taceat.
quia ad laudem xpi eam ubique resonare suspi
rat. Sequitur. Mansit itaque thamar cuncta
bescens in domo absalon fratris sui. Cum autem
audisset rex dauid uerba hec. contrista
tus est ualde. et noluit contristare spiritum amon
filii sui. quo diligebat eum. quia erat primoge
nitus ei. Porro non est locutus absalon ad am
mon. nec bonum nec malum. Oderat enim ab
salon amon. eo quod uiolasset thamar so
rorem suam. Thamar in domo absalon cuncta
bescit. quia lex in populo iudaico a salute sua
languescit. dum a laude dei sui conticescit.
Rex dauid audito nuntio ualde contristatur.
quia perdicionem iudaici populi filius dei lamentatur.
Non uult contristare spiritum amon. filii sui primo
geniti. quia populo illi priori. noluit patefacere
filius dei perdicionem eius. qui nunc est infidelis populi.
Absalon nec bonum nec malum loquitur. quia
populus iudaicus in perfidie cecitate positus.
in felici silentio addicitur. Bonum enim loque
retur. si xpm profiteretur. malum loqueretur. si
peccatum confiteretur. Sequitur.

Factum est autem post tempus biennii. ut
tonderentur oues absalon in balasor.
que est iuxta effraim. Et uocauit omnes
filios regis. uenitque ad regem. et ait ad eum.
Ecce tondentur oues serui tui. ueniat oro
rex cum seruis suis ad seruum suum.

Factum istud frequens hic ponitur. quod
magna et celebris mysteriorum sollempnitas
sequitur. Tempus biennii. tempus est legis et prophetarum.
tonsio ouium. est exoneratio peccatorum. Post
tempus biennii. oues absalon tondentur. cum
post legem et prophetiam. tempore gratie. fideles iuda
ici populi a peccatis exonerantur. Per balassor
que habens sagittam luminis. uel ascensio atri